VERS. 7. — ET ASSUMENS UTRUMQUE BOVEM CONCIDIT IN FRUSTA. Meminerat, opinor, Saül, quod non multis ante diebus fecisset Levita, cuius uxori oppressæ à Gabaïtis in eadem civitate, in qua tunc ipse morabatur, prius castitatis honor, et deinde spiritus creptus est, quem abstulit aut injuriæ pudor, aut petulantium hominum immoderata vexatio. Ille ergo ut ad vindictam tam fœdè barbarique flagitii omnes tribus Israëliticæ gentis accenderet, uxorem in duodecim dissectam partes in totidem Israelitarum funiculos dispersit. Quæ res sic inflammavit reliquas tribus, ut hostile ferorum incredibili conspiratione in cognata viscera distrinxerint. Id ergo adduxisse videtur

Sailem, ut consilio non admodum dissimili omnes tribus Israel sibi jam omnium fermè ordinum consensione subjectas, ad liberandos fratres, qui de suâ libertate, aut vitâ actum esse credebant; sumendamque de hoste insolenti ac barbaro vindictam accereret. Et planè id quod sibi faciendum proposuerat, consecutus est: nam momento temporis magni excitantur bellorum motus, magni undecumque fiunt militum concursus. Cum enim omnes partes illas per Israellem totum dissipatas ex regis hobus esse didicissent, neque mitibus cum suis futurum esse judicium, nisi quamprimum ad regium signum advolarent; omnes nihil cunctandum esse rati, arma undecumque conquirunt, ea videlicet, quæ sors aut necessitas obtulisset: nam neque habuisse gladios, aut hastas jam ante docuimus, et videbimus statim cap. 15, v. 19.

Est autem vis ad movendam vehementior in rebus, quam in verbis, in signis, quam in litteris, aut in lituo ac tubâ, quibus evocantur homines, et accenduntur ad arma. Sanè verum est illud Horatianum in Arte poetica: *Segnius irritant animos demissa per aures, quam que sunt oculis subjecta fidelibus.*

Fuerunt pro lituo et tubâ, et pro imperatorio edicto laceratorum bovm disseminata frusta, et adjunctæ minæ, quas omnes summi atque infimi, docti æquè atque indocti intellexerunt. Quæ bovm dissecta membra in publico aliquo atque conspicuo loco proposita existimo, quæ terrorem spectantibus incurrerent; sicut hodie magnorum scelerum rei, in quos actum est capitali supplicio, in plures conciduntur partes, et eorum membra in viarum divertitiis, aut locis maxime frequentibus suspenduntur, quo alii à simili vivendi ratione deterriti, supplicium etiam simile declinant.

Quod in concidendis bobus fecit Saül, id etiam alii in feriendo federe fecere legitime, qui talia sibi precabantur, si fallerent, quæta dissectum coram animal patiebatur. Sic ex saceris Jer. c. 34, v. 18: *Dabo viros, qui prævaricantur fœdus meum, et non observaverunt verba fœderis, quibus assensi sunt in conspectu meo, ritulum (id est, sicut vitulum) quem conciderunt in duas partes.* Sic profani in feriendo, seu percuciendo federe, quod casâ victimâ plerumque fiebat, talem optabant plagam illi qui initum violasset fœdus, qualem excepisset victimâ. Livius lib. 1, cum ageret de Albanorum ac Romanorum federe, sic loquentem facilem inducit: *Populus Romanus prior*

non deficiet: si prior defecerit publico consilio, dolo malo, tu illo die populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam, tantòque magis ferito, quantò magis potes, pollesque. Id ubi dixit, porcum saxeo è silice perensit. » Plura nos in hanc sententiam in citatum locum Jeremie.

VERS. 8. — ET RECENSUIT EOS IN BEZECH (1). Bezech illa existimatur esse civitas, in qua regnavit ille qui ab hac civitate vocatus est Adonibezech, de quo Judic. cap. 1, v. 5: *Invenitque Adonibezech in Bezech, et pugnaverunt contra eum.* Porro Adonibezech idem valet, quod dominus Bezech. Est autem planè mirabile, tantam hominum multitudinem tam brevi tempore, et tantâ animorum conspiratione convenisse: coacta quippe sunt ex Israele trecenta; ex tribu Judâ triginta hominum millia, qui sic studiis in datas sibi partes consensere, quasi vir unus foret. Id verò fecit ingens timor, quem eorum animis Dominus indiderat,

(1) Urbs erat 17,000 passibus à Sichem, Scythopolim versis, ad eum fermè locum, ubi erant vada Jordanis euntibus in Jabes. Porro Jabes aberat decem leucis circiter à Jordane. Bezech accipiunt Rabbini pro lapide, traduntque, nunquam permissum fuisse Judæis per capita suos recensere, sed tantum per res, quæ ad singulos pertinerent, uti per lapides, per annulos, quos ferebant: hoc igitur tempore singuli milites projecere lapidem in struem, deinde lapidum numerus ductus est. Fabule! (Galmel).

FUERUNTQUE FILIORUM ISRAEL TRECENTA MILLIA, VIROREM AUTEM JUBA TRIGINTA MILLIA. Mendaciter Josephus, ut vires suorum Israelitarum Vespasiano et Romanis ostentet, ait, ex Israele fuisse septingenta millia, ex Judâ verò septingenta. Quanquam Sept. hic numerent sexcenta millia Israelis, et septuaginta ex tribu Judâ.

Mysticè, Bezech Hebr. idem est quod fulgur vel egestas, quod Beda ad mysterium traducens asserit, et fideles omnes, æternæ patriæ cives, in Christo Domino, qui fulguri comparatur, Luca 17, v. 24, numerandos esse et colligendos. » Et rursus, et qui relictis omnibus sequuntur Dominum, describendos esse et recensendos, ut regno celorum potiantur, quod promittes spiritu consequuntur. » Math. 5, v. 5. Porro numeris 500 et 50 millium, idem Beda hoc mysterium assignat: Ternarius, ait, propter confessionem sanctæ Trinitatis ad fidem; denarius et centenarius propter dexteræ mercedis electionem, et denarium diurnum bonis vintoribus dandum, referuntur ad spem. Porro millenarius ad immobilem stabilemque perfectionem respicit operationem. » Et statim: « In filiis Israel, qui est videns Deum, et intelligit speculantium perfectionem: in viris autem Juda, qui interpretatur confessio continentium fortitudinem, » suo utrisque nomine optimè accommodato.

(Corn. à Lap.)

qui illos otium domumque relinquere cogit, et inermes pectus hostilibus telis audacter opponere. Hic porro timor esse potuit, ne Naas victoriâ insolens in aliarum urbium fines irrumperet, et quod facere jam cœpisset, universorum oculos dextros erueret; aut ne Saül, si minis essent ipsius imperio audientes, quod concisus bobus fuerat comminatus, opere compleret. Hoc posterius putat Abulensis; negat Cajetanus, qui dicit non fuisse perdati boves timore percussos, sed Dei timore, quasi timeant, ne si regis à Domino constituti detrectarent imperium, aliqui ipsi divinitus acciderent mali; aut inditum esse regis timorem ingenium, ut illum observarent, et promptum ad omnia præstarent obsequium. Sed quomodo idcumque fuerit, magis timorem illum conceptum esse puto ex Saülis sive observantiâ, sive minis, quam ex Naas, qui extremum Israeli dodecus et exitum minabatur.

VERS. 9. — ET DIXERUNT NUNTII, QUI VENERANT, NEMPE SAÛL ET SAMUEL; tunc enim duos illos esse simul in Gabaa, docet quod proximè dictum est, v. 7: *Quicumque non cœverit, et secutus fuerit Saül et Samuel, sic fiet bobus ejus.* Quod verò Samuel in castris fuerit, renque publicam simul cum Saüle administraverit, ex eo constat, quod ubi primùm cæsi fugatique fuerunt Ammonitæ, dixit Samueli populus jam melius in Saule animatus, v. 14: *Quis est iste, qui dixit: Saül non regnabit?* Et idem Samuel populum victorem, et alacrem deduxit in Galgala, ut Saulem ungeret secundo, legitimisque comitiis et publicâ formâ regem constitueret.

CRAS ERIT VOBIS SALUS, CUM INCALIERIT SOL. Obscurum est, unde crastinus ille dies numerandus sit; neque enim est verisimile sumendum esse ab eo tempore, quo nuntii fuerunt à Saule dimissi. Quomodo enim tam brevi tempore instrui potuerunt acies ex infinitâ propè hominum multitudine, ac tandem una tantum interpositâ nocte ad Jabes Galaad, quæ propè non aberat, pervenire? Lyra putat uno die postquam legati redierint, id est, die crastino ab illorum reditu, cum sol incalcesceret, id est, cum jam ad meridiem declinaret, liberandam esse civitatem ab Ammonitarum armis et metu. Et hoc mihi non displicet; statuerat enim, ut apparet, Saül subsæqui precedentes nuntios: quos videtur aliquot secum diebus retinisse, donec militares haberet delectus. Neque difficile fuit, cum haberet obsequentes milites, et ita inter se consentientes, ut non majori ne-

gotio cogeretur numerosum agmen, quam si vir unus foret. Quare eodem die crastino, quo viri Jabes dixerunt sibi egrediendum esse ad Ammonitas, sub meridie concisa sunt illorum castra, et deleta funditis.

VERS. 10. — *MANE EXIBEMUS AD VOS, ET FACIETIS NOBIS OMNE QUOD PLACERIT.* Postquam legatorum reditu, speque certâ jamjam adveniencis auxilii confirmati sunt obsessorum animi, ut securos redderent Ammonitas, et dedicationis oblata expectatione suspenderent, crastino die prodituros se promittunt ex urbe, non quasi pugnaturi, sed quasi accepturi quamcumque fœderis ac societatis conditionem, etiamsi oculos placeat dextros effodere, aut quamcumque notas servitutis inurere. Id enim valet illud : *Et faciatis nobis omne quod placebit.* His verbis omnem hosti metum adiungunt auxilii venturi.

VERS. 11. — (1) *ET INGRESSUS EST MEDIA CASTRA IN VIGILIA MATUTINA.* Progressum est Hebræorum agmen magnis itineribus et nocturno silentio, ita ut neque spectari posset ab hoste, nec sentiri; quod optimi imperatoris consilium est omnium fortasse maximum: in celebritate enim, qui in re militari aliquid vident, maxima putant esse momenta. Quare prius hostes semisomnes et imparati inferri bellum, quam comparari sentiant. Accesserunt, opinor, Israelite, sub median noctem, id est, ad tertiam vigiliam, et acie pro locorum ac temporis opportunitate tripartitâ, ad quartam vigiliam, que hoc loco matutina vocatur, in castra inimicorum irrumpunt; et donec sol incalcesceret, id est, meridiem versus, ad horam puto dieti tertiam aut quartam, ita grassantur alacriter in hostium castris, et successu usque adeo secundo, ut incalcescente sole concisi fuerint ac dissipati hostes, ita ut nulla tam copiosi exercitus extiterint reliqua vestigia.

Quia hic de castris reque militari sermo est, militare quoque adhibetur vocabulum. Noctem milites in quatuor distribuunt vigilias, que ternis horis constant; prima à vespere ad tertiam horam noctis producitur; inde ad noctis medium secunda; tertia ad horam no-

(1) Mystici, B. Petrus Dam. l. 6 Epistoliarum epist. 5: « Quid est, ait, quod populum in tres constituit partes, nisi quia tres sunt principales animæ virtutes, fides scilicet, spes et charitas? in trifidis inque bellatorum partibus victoria certaminis obtinetur, quia tribus his virtutibus, duce Christo, omnis diabolica tentatio vincitur. » (Corn. à Lap.)

ctis nonam; quarta ad lucem usque, que ideò matutina dicitur. Quare horâ ante lucem tertiâ invasit Saul Ammonitarum castra, et sex horis dissipavit et perdidit. Eadem matutinâ vigiliâ demersus est Pharo in mari Rubro, Exod. c. 14, v. 24. Singule portis vigiliis certis in castris notabantur signis, sicut nocturna diurna que spatia; cum abest bellorum strepitus ac metus horologii sonitus in urbe distinguunt. Id verò tunc accidisse tam in obsessâ urbe, quam in Ammonitarum castris, quia in omnibus aliquid insidiosum timeri poterat ab hoste vicino, mihi verisimile est. Sanè hoc modo personante buccinâ, ineunte tertiâ vigiliâ excitati videntur vigiles novi, qui aliis succederent, Judic. 7, v. 19: *Ingressusque est Gedeon, et trecenti viri qui erant cum eo in partem castrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ et custodibus suscitatis.* Hæc obscuris. Sed aperte profani buccinæ meminere, cum de vigiliis aut exactis aut incipientibus loquerentur. Atque ideò sicut quartus aut quintus lapis sumitur pro certo vîarum spatio, sic etiam tertiâ aut quarta buccina pro certo nocturni temporis intervallo. Livius l. 26: « Ut ad tertiam buccinam præstito essent. » Et idem lib. 7, signi meminit secunde vigiliæ, quod datum est à buccinâ. Vegetius item l. 4, c. 8; Frontinus l. 1, c. 5, à buccinato dicit divisas esse vigilias. Et Silius Italicus l. 7, distingui dicit median noctem, id est, secundam vigiliam à tertiâ, buccinæ clangore.

Mediani sonni cum buccina noctem

*Divideret, jamque ex cubicis sortitus iniquas
Tertius abruptâ vigilaret ad arma quiete.*

ITA UT NON RELINQUERENTUR IN EIS DUO PARTI-
TER. Proverbiis oiet hic dicendi modus, quod significatur perturbata ac præcepis hominum fuga, cum à tergo hostis imminet victor, qui confosis ordinibus fugam intendunt, cum de suo tantum periculo victi palantesque laborant, de sociis non curant, quia tunc societas impedimento est, et multitudo prodi eos qui aliter forsitan laterent, et insequentis hostis oculos et ferrum eloderent. Idem videtur significasse Jeremias cap. 49, v. 5: *Dispergimini singuli à conspectu vestro, nec erit qui congreget fugientes.* Quod si proverbialis hæc species est, non est necesse, ut duo in fugâ conjuncti non fuerint: ad sensum enim proverbiale satis est, si palantes hostes nullo ordine suam fugam intendunt; et quod quisque suam quærat salutem, et de communi aut de sociorum incoluntate non labore. Sed puto

hic nullam esse proverbialem formam, sed reverâ singulos leparatim fugâ fuisse dilapsos.

VERS. 12. — *ET AIT POPULUS AD SAMUELEM: QUIS EST ISTE, QUI DIXIT: SAUL NON REGNABIT? Hinc collige, Samuelem cum Saul simul exercitum duxisse, et illius consiliorem esse aut omnino, aut magnâ ex parte confectum. Sic autem res ex voto, et supra opinionem multorum expedita popularium animos conciliavit Sauli, ut communi studio ad mortem expectent eos qui Saulis detrectabant imperium, indignumque putabant, quem debitis regio nomini prosequerentur muneribus.*

VERS. 13. — *ET AIT SAUL: NON OCCIDETUR QUISSQVAM IN DIE (1) HAC: QUIA HOJIE FECIT DOMINUS SALUTEM IN ISRAEL.* Avidit Saul, quid populus Samueli dixisset, et quid contra viros Belial, qui duritis in novum regem essent affecti, cogitasset; quorum consiliis occurrit prudenter, et mutatum ad vindictam animum hæc ratione sedavit. Dicit enim diem illum Israeli toti illuxisse candidum, cum inspiratâ

(1) *Saul leur dit: On ne fera mourir personne en ce jour. Saul, qui d'abord avait dissimulé l'injure que quelques-uns lui avaient faite en ne le reconnaissant pas pour roi, demeure dans la même disposition, sans que l'heureux succès de cette guerre lui ait élevé le cœur. Quand le tumulte du peuple est si grand qu'il ne peut plus comme auparavant le dissimuler, il emploie la douceur, et après avoir fait voir sa sagesse en l'autre rencontre, il fait voir en celle-ci sa modération et sa retenue.*

C'est une grande instruction pour les prélats de l'Eglise, lorsqu'on les blesse en quelque chose. Ils doivent user rarement de toute leur autorité, et imiter Saul, afin d'avoir comme lui en ce point des sentiments bien différents de ceux du reste des hommes. Le reste du peuple se porte à une vengeance qui pouvait être juste. Mais les pasteurs, à l'imitation du Fils de Dieu, se portent toujours à la douceur, à moins qu'une nécessité visible ne les contraigne d'en user autrement, parce que leur dessein est de se faire aimer et non de se faire craindre. Il se trouve même le plus souvent que cette voie de douceur est la plus courte et la plus sûre pour leur faire rendre le respect qui leur est dû; comme Saul se fit sans doute plus respecter par cette action de clémence qu'il n'eût fait en se vengeant le plus sévèrement de ceux qui l'avaient méprisé. Et ceci est un grand exemple pour les princes, qui leur fera voir que la clémence est non seulement leur plus ferme appui. Mais souvent même leur plus ferme appui. Car non seulement leur plus ferme appui. Car lorsque par une grandeur d'âme que leur inspire même le haut rang où Dieu les a élevés, ils se mettent au-dessus de quelque injure que leur autorité semble avoir reçue, ils s'attirent l'estime et l'admiration de tous les peuples; et ils deviennent ainsi les maîtres des cœurs, qui sont inaccessibles à toute la puissance des conquérants. (Sacy.)

victoriâ concisus esset inimicus insolens, et aliorum animi, qui minis favebant Hebræorum gloriæ, aut illorum insidiabantur commodis, fracti ceciderunt; neque fore ex usu communi, aut è suâ existimatione, si publicam lætitiâ contribulium cædes incesaret. Porrò in successu rerum secundo, et publico gaudio injurias solitas esse remitti, imò et vitam dari his quibus lex aut consuetudo prorsus ademisset, multa docent profanorum exempla. Ex Scripturâ unum aut alterum producam. Quo tempore David restitutus videbatur in regnum, ex quo ab Absalome poterat existimari depulsus, accessit Semei supplex, superioris errati veniam petens. Cum autem Absai diceret David: *Namquid pro his verbis non occidit Semei, quia maledixit Christo Domini?* Cui respondit David: *Ergone hodie interficietur vir in Israel? An ignoro hodie me rogem factum super Israel? Et ait rex Semei: Non morietis.* 2 Reg. 19, v. 20. Deinde illa consuetudo, de qua Matth. 27, dimittendi in die solemnî Paschæ vincium unum, ut est communis interpretum sententia, originem habuit ab eo beneficio quo populus accepit, cum libertatem ab Ægypto jugo consecutus est. Quâ de re nos postea ad cap. 14, v. 45. Memor enim populus acceptæ sub id tempus libertatis et vitæ, vincium unum capitalis supplicii remm ad vitam, de qua jam actum videbatur, libertatemque restituit.

VERS. 14. — *VENITE, ET EMES IN GALGALA, ET INNOVEMUS IBI REGNUM.* Designatus fuerat Saul in Maspha, et salutaturs reus à frequenti populo; neque tamen ibi dicitur unctus, aut immolate victimæ. Quod licet ad solemnem legitimamque inaugurationem necessarium non esset, cum accederet populi consensio, nihilominus ex eâ caeremonia aliquid accedebat designationi ponderis, tum etiam populo ad religiosam regis observantiam, cum videret aliquid in eâ constitutione interessisse sacrum. Elegit autem Galgala, quia illa civitas unus erat è tribus conventibus ubi jus dicere et vocare populum consueverat Samuel, ut publica dignitas in conventu publico traderetur. Deinde quia non longè aberat ab eo loco, in quo tunc erat populus. Constat enim Galgala esse propè Jordanem, ex Josue cap. 5, v. 9. Ibi unctum opinor esse Saulum, licet de unctione hoc loco nihil audiamus, ut tradit Josephus lib. 6 Antiq. cap. 6. Neque obstat, quod in Rama secretò jam ante fuisset unctus, quia nihil tunc fuit actum publicè atque solemnî formâ. Sicut etiam David publicè fuit unctus

in regem in Hebron, lib. 2 Reg. c. 2, v. 4, et tertio c. 5, v. 5, cum tamen secretò prius unctus à Samuele foret in paternâ domo. Neque capite sequenti Samuel novum regem appellaret Christum, id est, unctum, nisi publicè unctum esse constaret. Deinde in hac innovatione, sive inauguratione Saulis oblatæ sunt victimæ, de

CAPUT XII.

1. Dixit autem Samuel ad universum Israel : Ecce audivi vocem vestram, juxta omnia que locuti estis ad me, et constitui super vos regem.

2. Et nunc rex graditur ante vos. Ego autem senui, et incanui : porrò filii mei vobiscum sunt ; itaque conversatus coram vobis ab adolescentiâ meâ usque ad hanc diem, ecce præstò sum.

3. Loquimini de me coram Domino, et coram Christo ejus, utrùm bovem cujusquam tulerim aut asinum : si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi : et contemnam illud hodiè, restituamque vobis.

4. Et dixerunt : Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicujus quidpiam.

5. Dixitque ad eos : Testis est Dominus adversum vos, et testis Christus ejus in die hæc, quia non inveneritis in manu meâ quidpiam. Et dixerunt : Testis.

6. Et ait Samuel ad populum : Domi-

(1) Septuaginta et Josephus habent hic : *Unxit Samuel ibi Saul ; cum in Hebræo et in Vulgata legatur : Fecerunt ibi regem Saul coram Domino.* (Calmet.)

Les impostures ne coûtent rien à nos adversaires, mais toutes sont réfutées par l'histoire : Les habitants de Jabès-Galbad, attaqués par les Ammonites, disent-ils, ont recours à Saul ; ce prince qui n'osait encore agir en son propre nom envoya des ordres au nom de Samuel, pour rassembler le peuple, se mit à la tête, défit les Ammonites, et sauva son pays. Ce succès gagna au roi l'affection et la confiance du peuple. Samuel, forcé de céder au vœu général, proposa d'aller à Galgala renouvelel' election du roi. L'homme de Dieu ne pardonna jamais à Saul les succès qui lui avaient attiré l'affection de ses sujets ; à compter de ce moment, il y eut une mésintelligence continuelle entre eux : Samuel traversa continuellement les desseins de son roi, et tâcha de les faire échouer.

quibus nihil prius factum esse legimus. Porro in designando ac constituendo rege, holocausta adhiberi solitum diximus supra, c. 10, in principio. Quomodo extra tabernaculum offerri poterint sacrificia, eo saltem tempore, quo tabernaculum vacuum erat ab arcâ, dictum est supra, cap. 7, in fine (1).

CHAPITRE XII.

1. Alors Samuël dit à tout le peuple d'Israël : Vous voyez que je me suis rendu à tout ce que vous m'avez demandé, et que je vous ai donné un roi.

2. Et vous avez maintenant un roi à votre tête. Pour moi je suis vieux et déjà tout blanc ; et mes enfans sont maintenant avec vous comme de simples citoyens, hors d'état de me défendre. Ayant donc vécu parmi vous depuis ma jeunesse, et ayant eu le maniement des affaires jusqu'à ce jour, me voici en votre présence, prêt à vous rendre compte de mon administration.

3. Déclarez devant le Seigneur, et devant son Christ, si j'ai pris le boeuf ou l'âne de votre personne, si j'ai imputé à quelqu'un de faux crimes, si je l'ai opprimé, si j'ai reçu des présents de qui que ce soit pour vendre la justice, et je vous satisfèrai et vous le rendrai présentement.

4. Ils lui répondirent : Vous ne nous avez point opprimés, ni par de faux crimes ni par violence, et vous n'avez rien pris de personne injustement.

5. Samuël ajouta : Le Seigneur m'est donc témoin aujourd'hui contre vous, et son Christ m'est aussi témoin que vous n'avez rien trouvé à redire à ma conduite. Le peuple lui répondit : Oui, ils en sont témoins.

Il est faux que Saul n'ait osé agir en son propre nom, et qu'il ait envoyé des ordres au nom de Samuël ; le prophète était absent, l'ordre de Saul était absolu : Si quelqu'un refuse de suivre Saul et Samuël, ses boeufs seront mis en pièces. Ce n'est point sur ce ton que le prophète avait eu coutume de donner ses ordres. Il est faux que Samuël ait été fâché du succès de Saul, et qu'il ait été forcé de céder au vœu du peuple. C'est lui-même qui proposa de confirmer l'élection de Saul pour fermer la bouche aux mécontents. Dans l'assemblée, il rend compte de sa conduite, il prend le roi même pour juge ; il rassure le peuple sur les suites de son choix ; il promet au roi et à ses sujets les bénédictions de Dieu, s'ils continuent à le servir. Il borne son propre ministère à prier pour le peuple et à lui enseigner la loi du Seigneur. Est-ce là le langage et la conduite d'un vieillard ambicieux ? Il est donc faux que Samuël ait traversé les desseins de son roi, et qu'il ait tâché de les faire échouer. (Duclot.)

nus, qui fecit Moysen et Aaron, et eduxit patres nostros de terrâ Egypti.

7. Nunc ergo state, ut judicio contendam adversum vos coram Domino, de omnibus misericordiis Domini, quas fecit vobiscum et cum patribus vestris :

8. Quomodo Jacob ingressus est in Egyptum, et clamaverunt patres vestri ad Dominum : et misit Dominus Moysen et Aaron, et eduxit patres vestros de Egypto, et collocavit eos in loco hoc.

9. Qui oblitus sunt Domini Dei sui, et tradidit eos in manu Sisaræ, magistri militiæ Hasor, et in manu Philistinorum, et in manu regis Moab, et pugnaverunt adversum eos.

10. Postea autem clamaverunt ad Dominum, et dixerunt : Peccavimus, quia dereliquimus Dominum, et servivimus Baalim et Astaroth : nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, et servivimus tibi.

11. Et misit Dominus Jerobaal, et Badan, et Jephthe, et Samuel, et eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, et habitastis confidenter.

12. Videntes autem quod Naas rex filiorum Ammon venisset adversum vos, dixistis mihi : Nequaquam, sed rex imperabit nobis : cum Dominus Deus vester regnaret in vobis.

13. Nunc ergo præstò est rex vester, quem elegistis et petistis : ecce dedit vobis Dominus regem.

14. Si timeritis Dominum, et servieritis ei, et audieritis vocem ejus, et non exasperaveritis os Domini, eritis et vos, et rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum.

15. Si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaveritis sermones ejus, erit manus Domini super vos et super patres vestros.

16. Sed et nunc state, et videte rem

6. Samuël dit au peuple : Le Seigneur qui a fait Moïse et Aaron, et qui a tiré nos pères de la terre d'Égypte est donc témoin.

7. Venez maintenant en sa présence, afin que je vous appelle en jugement devant lui, sur toutes les miséricordes qu'il vous a faites à vous et à vos pères, et sur toutes vos infidélités.

8. Vous vous souvenez de quelle manière Jacob entra dans l'Égypte : comment vos pères crièrent au Seigneur ; et le Seigneur envoya Moïse et Aaron, tira vos pères de l'Égypte, et les établit dans ce pays-ci.

9. Ils oublièrent depuis le Seigneur leur Dieu, et il les livra entre les mains de Sisara, général de l'armée d'Hasor, entre les mains des Philistins, et entre les mains du roi de Moab et du roi des Ammonites, qui combattirent contre eux.

10. Ils crièrent ensuite au Seigneur, et lui dirent : Nous avons péché, parce que nous avons abandonné le Seigneur, pour servir Baal et Astaroth ; mais délivrez-nous maintenant de la main de nos ennemis, et nous vous servirons.

11. Le Seigneur envoya ensuite Jérobaal, Badan, Jephthé et Samuël, et vous délivra de la main de vos ennemis qui vous environnaient ; en suite de quoi vous êtes demeurés dans une pleine assurance.

12. Cependant, après tant de bienfaits, voyant que Naas, roi des enfans d'Ammon, était venu contre vous, et avait été vaincu par Saul, au lieu de reconnaître Dieu pour l'auteur de cette victoire, vous m'êtes venu dire : Non, nous ne changerons point de résolution, mais nous aurons un roi qui nous gouvernera ; quoique alors le Seigneur votre Dieu fût le roi qui régnaît sur vous.

13. Vous avez donc maintenant votre roi tel que vous l'avez choisi, et que vous l'avez demandé. Vous voyez que le Seigneur vous a donné ce roi, dont la demande lui a été si injurieuse.

14. Cependant si vous craignez le Seigneur, si vous le servez, si vous écoutez sa voix, et que vous ne vous rendiez point rebelles à sa parole, vous serez heureux, vous et le roi qui vous gouverne, en suivant le Seigneur votre Dieu.

15. Si, au contraire, vous n'écoutez point la voix du Seigneur, et que vous vous rendiez rebelles à sa parole, la main du Seigneur sera sur vous, comme elle a été sur vos pères.